



Walliser Urkunden aus dem germanischen Museum in Nürnberg.

Mitgeteilt von Dr. Robert Soppeler, Zürich.

Das germanische Museum in Nürnberg ist im Besitz einer Anzahl Original Pergament-Urkunden aus dem Oberwallis. Bereits im Jahre 1891 hat Hermann Wartmann in St. Gallen in Band X. der „Quellen zur Schweizer-Geschichte“ 27 Stück derselben als „Urkunden zur Geschichte des Oberwallis“ veröffentlicht. Seitdem sind noch einige weitere aufgefunden worden, welche uns die Direktion genannten Institutes in zuvorkommender Weise zur Verfügung gestellt hat. Sie folgen unten in extenso.

Inhaltlich beziehen sich weitaus die meisten auf Naters und Umgebung, weshalb schon Wartmann mit Recht vermutet hat, „daß das ganze Bündel dieser Walliser Urkunden aus dem Kirchenarchiv von Naters stamme“. Dem ist in der That so. In letzterem finden sich Regesten vor, bezeichnet F bis und überschrieben: „Im Jahre 1857 waren im Pfarrarchiv von Naters nachfolgende Akte, die seither verschwunden sind“. Die Aufschrift stammt von der Hand Ferdinand Schmid's, des hochverdienten oberwalliser Quellenforschers und Lokalhistorikers, welcher um die Mitte der vorigen Jahrhunderts — er war damals Rektor zu Glis — die Original-Dokumente eingesehen und in Glis benutzt hat. Beim Rücktransport nach Naters giengen sie verloren.

Wie mir H. S. Pfarrer D. Imesch in Naters mittheilte, hatte Ferdinand Schmid seinen jüngern Bruder beauftragt,

fragliches Bündel Pergamente nach Naters zurückzubringen. Auf dem Wege wurden sie dem Knaben von unbekannter Hand abgenommen. Auf welche Weise sie in der Folge nach Nürnberg und ins dortige Germanische Museum gelangt sind, konnte ich nicht eruieren.

Die nachstehend abgedruckten sechs Dokumente gehören sämmtliche dem XIV. Jahrhundert an: eines stammt aus der Zeit Bischof Nimos III. von Turn, vier aus der Guis-card Tavelli's und eines aus den Tagen Edwards von Savoyen. Mit Ausnahme von Nr. 1 sind sie ziemlich wohl erhalten. Spuren von Besiegelung weisen blos die Nr. 5 und 6 auf; die übrigen scheinen überhaupt nie besiegelt gewesen zu sein. Die meist späteren Dorsualnotizen sind nur noch zum theil lesbar. Nr. 1 und 2, desgleichen 3 und 4, sind jeweilen von ein und derselben Hand geschrieben: jene von Franciscus de Laax, diese von dem Fr. Jacob Murman.

Mit Bezug auf die Edition ist zu bemerken, daß die im Original nicht oder nur sehr schwer leserlichen Stellen in Klammern [] gesetzt sind.

* * *

1.

**Salomea Bruderla von Ober-Terman verkauft an
Johannes von Ober Terman verschiedene Gerechtigkeiten.
1331. Februar 7. Brig.**

„Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Salomea Bruderla de Ober Terman non vi, non dolo neque metu ad hoc inducta nec ab aliqua frau||de seu ingenio circumventa, sed sciens, prudens, spontanea propria voluntate mota ac eciam de iure [meo] bene certificata [vendidi] et fi||navi perpetue pro 6 lb. et 6 sol. Maur. mihi solutis Johanni, filio Johannis, filii quondam Nicholai de Ober Terman, et heredibus suis aut||cui dare, vendere vel alienare voluerit, unum frustum terre, cui dicitur Gerungs, situm apud Gerungs gazzun inter terram [heredum] quondam Nicholai de Superiori Terman ex una parte

et gazzun tendentem versus dye Schornyn ex altera et iuxta vicum tendentem versus [Brigam]. Item 3 den. et obolum servicii super Kuenzen de Superiori Terman et super Johanne fratre suo. Item super Jacobo¹⁾ 13 den. servicii et super Johanni Sagere 1 den. servicii. Item quartam partem aque ad quatuordecim dies [de] aqua, cui dicitur [Lowin wazz]er, cum viis, aquis et omni iure et pertinentiis omnibus, omnium predictorum nichil mihi nec heredibus meis iuris seu rationis in pre[di]ctis [penitus retinendo]. Quam venditionem ego et heredes mei et hereditas mea tenemur dicto emptori et heredibus suis, aut cui dare, vendere vel alienare voluerit, [pro] 8 den. Maur. servicii in dye sturn et unum fissilinum siliginis servicii ecclesie de Narres et dimidium pondus [tede], cui vulgariter [dic]itur [chiene], et pro uno ligno, cui dicitur ding holtz, valoris duorum den. cum obolo et unum fustem, cui vulgariter dicitur dingstecko, [et unum] pulvinar in dicto placito generali semel in anno omni alia exactione remota contra omnes perpetue garentire. [Inde] rogavi cartam fieri et testes apponi, qui sic vocantur: Willermus an der Sluockte, Johannes de Ober Terman, Johannes in der Sluockte et Johannes de [Prato] clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam levavit vice capituli Sedunensis cancellariam tenentis, vice cuius ego Franciscus, filius Petri de [Lacx], iuratus super hoc, eam scripsi. Cui si quis contraire presumpserit, maledictionem Dei incurrat et 60 lb. cum obolo aureo regie potestati persolvat. Actum Brige VII^o Idus Februarii [an]no domini M^oCCC^o XXX^o primo, imperio vacante, Aymone de Turre episcopante.“

Original: Perg. 11/27 cm., Nr. 8029, .

Siegel und Siegeleinschnite fehlen.

Dorsualnotizen größtenteils unleserlich; eine, von jüngerer Hand, lautet: „Pro 1 fischillino servicii de certis bonis apud Derman cum aliis iuribus ac privilegiis, prout in instrumento continetur.“

¹⁾ Unleserlich, viell. „Sagere“.

2.

Margareta, Wilhelms in der Kuckynn sel. Tochter, verkauft mit Einwilligung ihres Gatten Michael, dem Stephan de Sazo von Naters und dessen Erben zwei Grundstücke daselbst samt darauffstehendem Gaden um 7 Pfund des Gewichtes von Saint-Maurice.

1343. März 29. Naters.

„Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Margareta, filia quondam Willelmi in der Kuckynn, laudatione Michaelis mariti || mei, Agnes filia mea impuber erat, vendidi et finavi perpetue pro 7 lb. Maur. mihi solutis, Stephano de || Saxo de Narres et heredibus suis aut cui dare, vendere vel alienare voluerit, unum frustum terre, situm an den Haltun iuxta || terram Petri patris ex una parte et terram Burckardi de Urnavas ex altera, aqueductu intermedio, et super terram an der Len an dem Buele de Terman commorans apud Narres et subtus terram Johannis Blatters cum una grangia desuper constructa. Item unum frustum terre situm ibidem iuxta terram predicti Johannis Blatters ex una parte et predicta aqua intermedia et super terram predicti Burckardi et subtus terram predicti Johannis Blatters et iuxta terram Johannis in den Wolukeren cum viis, aquis et omni iure et omnibus pertinenciis suis universis, nichil mihi nec heredibus meis iuris, rationis seu actionis in predictis penitus retinendo. Quam venditionem ego et heredes mei et hereditas mea tenemur dicto emptori et heredibus suis, aut cui dare, vendere vel alienare voluerit, facturis inde 8 den. Maur. elemosine ecclesie Sancti Mauricii annuatim omni alia exactione remota contra omnes perpetue garentire, prout in cartis cancellarie Sedunensis inde confectis plenius continetur, quas sibi tradidi. Inde rogavi cartam fieri et testes apponi, qui sic vocantur: Petrus in dem Wazzer, Johannes Faber im Holtz, Johannes de Ponte de Narres, Petrus, eius gener; et Johannes matricularius de Narres, clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam levavit vice capituli Sedunensis cancellariam tenentis, vice cuius ego Franciscus de Lax, iuratus super hoc, eam scripsi. Cui, si quis contraire presumserit,

maledictionem Dei incurrat et LX lb. cum obolo aureo regie potestati persolvat. Actum apud Narres IV^o Kal. Aprilis anno domini M^oCCC^oXLIII^o, imperio vacante, Gyschardo episcopante.“

Original: Perg. 14/30 em., Nr. 6716.

Siegeleinschnitte fehlen.

3.

Jakob Sylling von Brig stiftet auf die Zeit nach seinem und seiner Ehevirtin Antonia Hinschied 4 sol. zu einer Fahrzeit.

1346. Dezember 16. Glis.

„Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Johannes, filius quondam Anthonii matricularii de Glisa, laudatione Anthonie sororis mee et Nycolai mariti sui vendidi et finavi perpetue pro sexa||ginta solidis Maur. michi solutis Jacobo Sylling de Briga, executori quondam Salomee dicte Thomasin, et quibus idem Jacobus executorio nomine dicte quondam Salomee ordinaverit et dede||rit, quatuor solidos Maur. servicii solvendos annuatim in die beati Martini vel duplum in crastino et duos denarios placiti, quos mihi Johanni et Anthonie sorori mee debebat Jacobus fi||lius quondam Michahelis de Matto, ut idem Jacobus de Matto firmiter asserebat et se eos debere confessus fuit, de domo sua sita in villa de Glisa iuxta ostium superioris cimiterii ecclesie beate Marie de Glisa et iuxta pratum ecclesie predictae via intermedia ex una parte et pratum Anthonie sororis mee ex altera et super domum Agnetis filie Johannis Kruezer et subtus domum Agnetis Furerrin cum omni iure, ingressibus et egressibus, pertinentiis et appendentiis omnibus et omni iure omnium predictorum. Quod servcium, feodum et placitum cum omni iure suo ego et heredes mei et hereditas mea tenemur in iudicio et extra dicto Jacobo tanquam executori, ut supra, contra omnes perpetue garentire. Ego vero Jacobus executor predictus et emptor nomine executorio eosdem quatuor solidos per me sic emptos or-

dino et dispono, ut ipsos post meum decessum et Anthonie uxoris mee pariter¹⁾ et instituo, quod eos recuperet et exigat unus de filiis Werini Sylling vel Peter Sylling sub tali condicione et forma, quod de predictis quatuor solidis annuatim in anniversario ipsius Salomee offerantur sex denarii in pane vel in candelis et cuilibet sacerdoti illa die missam celebranti ibidem dentur duo denarii et uno sacerdoti apud Narres celebranti duo denarii et distributor et recuperator ipsorum quatuor solidorum habere debet anno quolibet pro suo labore quatuor denarios et quidquid superhabundaverit predictis omnibus finaliter completis dari bonis et honetis¹⁾ personis et elemosina indigentibus habitantibus in villa de Glisa, et istud anniversarium annuatim fieri debet et celebrari infra festum Nativitatis domini per predictos super hoc electos et per eorum heredes seu assignatos et si, quod absit, dicti super hoc electi anno quocumque in dicta elemosina sic particulariter distribuenda, ut premititur, defecerint, quod non infra festum predictum predicta omnia non adimplerent, tunc ipso semper anno, quo defecerint, et pro illa vice matricularius de Glisa, qui pro tempore fuerit, possit et potest dictos quatuor solidos exigere et recuperare illo anno et ipsos distribuere iuxta formam predictam et eciam accipiat ex eis quatuor denarios pro labore suo. Inde rogavi cartam fieri et testes apponi, qui sic vocantur: Jacobus, filius quondam Werini Sylling, Werinus matricularius de Glisa, Johannes et Martinus eius filii, Johannes, filius quondam Johannis matricularii, et ego Johannes matricularius de Narres, clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam levavi vice capituli Sedunensis cancellariam tenentis, vice cuius ego frater Jacobus Murman de Rekingen, sacerdos, eam scripsi, cui, si quis contra ire presumserit, maledictionem Dei incurrat et XL lb.¹⁾ cum obolo aureo regie potestati persolvat. Actum Glise XVII Kal. Januarii anno domini M^oCCC^oXLVI^o imperio vacante, Gyscharo episcopante.“

Original: Perg. 16/41 cm., Nr. 6614.

Keine Siegeleinschnitte.

¹⁾ sic!

4.

Junker Jocelmus von Urnavas verkauft dem Johannes Matricularius von Naters ein Stück Land samt allen zugehörigen Rechten, einzig die der Pfarrkirche Naters und der dortigen Bruderschaft ausgenommen, unter Vorbehalt des Rückkaufrechtes innert vier Jahren, um den Preis von 10 Pfund 10 sol. des Gewichtes von Saint-Maurice.

1347. Mai 12. Naters.

„Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Jocelmus de Urnavasia, domicellus, vendidi et finavi perpetue pro 10 lb. et 10 sol. Maur. michi solutis || Johanni Matriculario de Narres et heredibus suis aut cui dare, vendere vel alienare voluerit, unum frustum terre circa tria sectoria prati, que fuit quondam Michahelis || an dyen Haltun, super terram Andree Buelers et subtus terram Johannis an der Schilla, cui dicitur Heimansbuel et iuxta terram dicti emptoris ex una parte, et terram || Johannis Belinon ex alia, cum viis, aquis et omnibus pertinenciis suis universis nichil michi nec heredibus meis iuris seu rationis in predictis omnibus penitus retinendo. Quam vendicionem ego et heredes mei et hereditas mea tene-mur dicto emptori et heredibus suis aut cui dare, vendere vel alienare voluerit, salvo iure ecclesie de Narres et curati dicti loci, que petit a dicto frusto terre 3 sol. Maur. servicii, et iure confratrie de Narres, que petit dimidium fissillinum siliginis, si de iure debere debeant, omni alia exactione remota contra omnes perpetue garentire. Quam quidem vendicionem et omnia et singula premissa cum omni iure suo dictus emptor de gratia speciali concessit reemere et rehabere dicto venditori et suis heredibus a festo Nativitatis domini proximo venturo ad quatuor annos et ex tunc in antea ad gratiam dicti emptoris, quandocumque interim dicti venditoris vel heredum suorum placuerit voluntati recollectis tamen prius recollecturis per dictum emptorem illius anni, in quo reemeretur. Inde rogavi cartam fieri et testes apponi, qui sic vocantur :

dominus Petrus Burgere, dominus Petrus Kolbo, prespiteri, Uolricus Rekere de Castellione, Petrus Huobere de Aragnon et Nicolaus de Aragnon, clericus, qui iuratus super hoc hanc cartam levavit vice capituli Sedunensis cancellariam tenentis, vice cuius ego frater Jacobus Murman de Rekingen, sacerdos, qui iuratus super hoc eam scripsi. Cui, si quis contra ire presumpserit, maledictionem Dei incurrat et 60 lb. cum obolo aureo regie potestati persolvat. Actum in Narres die XII^a Mai anno domini M^oCC^oXLVII^o, imperio vacante, Gyscharo episcopante.“

Original: Perg. 12/34 cm., Nr. 6812.

Keine Siegeleinschnitte.

Dorfsualnotiz: „Jo. Matricularii. — Item pro 3 f. servicii de bonis am Heimersbüil an den Halten der pfarr 2c.“

5.

Bischof Guiscard gewährt seinem Kapellan Karl in Anbetracht mannigfach geleisteter Dienste die Vergünstigung nach freiem Ermessen sein Testament aufzusehen und die Erlaubnis zur Dotierung eines Altars in der Pfarrkirche zu Meters, immerhin unter Respektierung der bischöflichen und pfarrherlichen Rechte.

1374. März 3.

„Nos Guichardus Dei gratia¹⁾ et apostolice sedis¹⁾ episcopus Sedunensis, comes Vallesii et prefectus notum facimus universis presentes litteras||inspecturis vel audituris : quoniam dominus Karolus, noster dilectus, nobis et ecclesie Sedunensi suis missionibus et laboribus in parrochia de Narres et||alibi complenitus extentas nostras ac homagia, fidelitates et alia ecclesie nostre predictae tamquam verus commissarius noster rite et legitime in||libro papireo suo signo publico signato complenitus, de quibus volentes sibi dare premia laboris,

¹⁾ sic!

eapropter et aliis bonis gestibus erga nos et ecclesiam Sedunensem factis per dictum nostrum capellanum pres. . . . (?) erga eum accessis favoribus dicto domino Karolo pro nobis nostrisque successoribus damus et concedimus tenore presentium auctoritatem cum libera potestate suum testamentum atque altare dotandum in ecclesia de Narres vel alibi conficiendum pro sua libera voluntate absque nostra vel successorum nostrorum ulla habita vel habenda ulteriori requisitione, ymo ipsa testamenta atque dotacionem unius altaris more ecclesie conficienda pro libito sue voluntatis, huic nostre littere annexis omni forma, prout huic annexe littere inscribitur, cum suis clausulis oportunis irrevocabiliter absque contradictione alterius cuiuscumque omni obstaculo iuris utriusque condicionis et persone quecumque ratificamus, auctorizamus et confirmamus nostrumque decretum sine laicali iniiectione contradictoria interponimus, habita tamen prius a dicto nostro capellano, domino Karolo, fide sua cum sacramento prestito corporali, quod nobis, ecclesie nostre Sedunensi, successoribus nostris, eciam curatis, in quorum ecclesiis altare dotaverit, erit fidelis toto posse cum effectu, precipientes omnibus oppositoribus huic opus impedienter (!) et specialiter consaguineis¹⁾ et amicis dicti domini Karoli nec contra premissa ipsum impediunt quovis temerario ausu salvo tamen, quod dictus dominus Karolus tempore vite sue de suis bonis facultatibus acquisitis et acquirendis, cuiuslibet condicionis et nature forent, ad vitam suam in vendendo et alienando facere valeat pro pleno arbitrio sue voluntatis sine contradictione nostra, successorum nostrorum vel alterius persone cuiuscumque non obstantibus informatis materiis, contractibus seu informandis necnon alteris ordinationibus futuris quibuscumque. Datum sub sigillo nostro presentibus domino Jacobo de Mionas, ballivo nostro, domino Roberto Precio de Burgo, domino Stefano de Rarognia, die III mensis Martii anno domini millesimo CCC^o LXX^o quarto.“

Original: Perg. 15/27 cm., Nr. 897.

Siegelfragment an Perg.=Streifen.

¹⁾ sic!

**Bischof Eduard von Sitten bestätigt die Stiftung des
Dreifaltigkeitsaltars in der Pfarrkirche zu Naters.
1380. Mai 17. Majoria.**

„Nos Edduardus de Sabaudia Dei et apostolice sedis gratia episcopus Sedunensis . . . ¹⁾, comes Vallesii et prefectus notum facimus universis presentes litteras inspecturis || vel audituris, quod coram nostra presencia comparuit dominus Karolus, capellanus noster, vicarius de Narres, presbiter, nobis demonstravit privilegia, qualiter in honorem sancte Trinitatis || pro salute anime sue omniumque fidelium defunctorum dotaverit de confirmatione bone memorie reverendi domini domini Guichardi, predecessoris nostri, episcopi Sedunensis, || unum altare in ecclesia de Narres supplicando nos, quatenus Dei intuitu dictum altare modo et forma presentis instrumenti huiusmodi littere annexa una cum predecessori nostro confirmare dignaremur. Nos attendentes meritis fidelibus prospere a dicto nostro capellano factis certisque aliis piis monicionibus misericorditer sibi inpensis tenore presentium dicto domino Karolo ibidem presenti ac nomine et vice dicti altaris stipulanti et recipienti confirmamus, ratificamus et auctorizamus dotacionem dicti altaris omnimodo et forma, prout et quemadmodum describitur in presenti instrumento huic nostre littere annexo sine revocatione et obstaculo quocumque sibique domino Karolo confirmantes testamentum conficiendum sub tenore peracto a predecessore nostro domino Guichardo sub tali protestacione sibi de nostra voluntate per dictum dominum Karolum reservata, quod non obstantibus aliquibus contractibus conventionibus litteratorie vel aliter confectis et conficiendis, quod auctoritate propria pro libito suo voluntatis sine contradictione persone cuiuscumque valeat et possit de bonis suis dicti altaris de suis propriis acquisitis et aquirendis facere suam meram et plenariam voluntatem tacite et expresse ad vitam suam et non

¹⁾ sic!

ultra cum roboris firmitate, prout et quemadmodum in privilegio huic littere annexo clare descriptum reperitur. Quiquidem dominus Karolus promisit bona fide sua nobis et successoribus nostris esse bonus et fidelis, commodum nostrum augmentare, dampnum quidem et incommodum evitare, et omnium bonorum operum, que sint in dotacione dicti altaris participes fore, precipientes et mandantes universis nostris beneficiatis necnon aliis nostris et ecclesie nostre Sedunensis subiectis, quatenus dictum dominum Karolus ¹⁾ ac rectores dicti altaris, qui pro tempore fuerint in dicto altari, de iuribus et proventibus suis manuteneant nec aliquem iniectioe indebita opprimere permittant, quo minus premissa sorciantur ad effectum. Datum in castro Maiorie sub sigillo nostro die XVII mensis Maii anno domini M^oCCC^o octuagesimo.”

„Ita est.

J. Mermetus.“

Original: Perg. 16/30 cm., Nr. 989.

Siegel abgefallen.

¹⁾ sic!